



HIPO
CRAT










EX LIBRIS A. KÜHNHOLTZ-LORDAT
J. Dupont
Dupont del. & sculp.



A·x·n

ACROAMATON IN LIBRVM HIPpocratis de Natura hominis Commentarius unus, D. EVSTATHIO QVERCETANO autore.

EIVSDEM AVTORIS in Cl. Galeni libros tres de Temperamentis, Scholia.

Quibus tractandarum medicarum quaestionum ratio traditur, et uarijs in medio propositis exemplis exercetur.

Cum locuplete rerum & uerborum Indice.

BASILEAE, PER Ioan. Oporinum.

EVSTA



explica
Gręcis
quod re
rei scie
temp
Nam
nec ac
& ue
sis au
dinem
addux
tem c
uis m
uoce
uere
fectan
ciato,

EVSTATHIVS QVERCEtanus Iacobo Burdingo medico S.



INcredibile est quàm prosit in discendo, tenere certas uias quiduis ordine & ratione explorandi, atque explicandi: quales sunt hæ, quæ à Grecis μέθοδοι uocantur. Atque si quod res est fateri libeat, nullius rei scientiã ac disciplinã, hac contempta uia, consequaris unquam. Nam (quod plerique putant imperiti ac rudes) cum summas rerum, & ueluti capita ex multis et diuersis autoribus collecta in eum ordinem, quo ars quæque tradi solet, adduxerũt, methodo sese eam artem cõplexos esse credũt, (quamuis methodorum passim nomine uocentur) non sunt profectò illæ uerę methodi, sed intempestiuè affectata compendia: quæ suos sectatores in perpetua rerum igno

ratione detinere consueuerunt. Illas uerò præsertim omnibus in arte percipienda cupidis adolescentibus cōmendatas esse uelim, quę à noto aut comperto initio per quosdam quasi gradus cognitionis uiam atq; aditus patefaciunt, per quos animus ad rerum certò comprehendendarum & cognoscendarum rectam rationem fœlicissimè efferatᷣ. Hac uia nulla est ad medendi scientiã neq; certior, neque tutior, imò nec breuior. At uerò quiduis potius malè feriatis quorundam animis persuadeas, quàm hoc. Hi enim iam inde à pueritia, pcedere inepta et deterrima uia assueti, cũ iter ad amœnos & amabiles hortos Musarum sit ipsis interclusum, eam quæ optima atq; commodissima est, ne aspicere quidem uolunt: sed si qui sunt, qui moniti ad eã quę recta ostenditur, fortè diuertant, hi protinus, cum ingens inter initia difficultas la-

tas laborq́; discendi appareat, deterreri se à pulcherrimo instituto sinunt, usq; adeò, ut auersi à felicissimo cursu rectorum studiorũ, in diffidentiam incurrant, ac rebus suis desperantes, aut continuò referant pedem, atq; aliò se conuertant, aut pernicioso proposito ac studio prępostero ęstuãtes ad empiricam animum applicant. Perquàm paucos certè inuenias, qui ad hanc disciplinam pari, qua debuerant, diligentia ac studio prosequendã impelli se sinant. Quod equidem eo minus demiror, quo pauciores existũt hac tempestate doctores artis, qui muneri quod susceperunt maximum, & quod profitẽtur, satisfacere curent. Propterea nuper ex meis auditorib. quidam exemplum aliquod pulcherrimæ exercitationis extare optabant, quo ad eius normam ipsi tandem medicas quæstiones & disquirerent facilius, & tracta-

rent felicius, atq; explicarẽt. Cum igitur huius rei desiderio flagrarent, summis à me precibus contenderunt, ut ad communem eorum utilitatẽ quæ de huiuscemodi cùm disquirendi, tum etiam tractandi ratione fusius nostro more dicta essent, eorum commentarium breui oratione conscriberẽ. Ego uerò cum illorũ morem gerere uoluntati in animũ induxissem meũ, ea præsertim in re quam ipsi pro suo iure depôscere uidebantur, quantum potui studio & industria consequi, sum eam rationem secutus, quã maximè optatis eorum conducere arbitrabar. Equidẽ initio, quando ista dictabam, nihil minus quàm ut ederentur, cogitaui: tamen cũ non solum paucis illis cõmodare uelim, sed multo magis omne studiũ meum atq; ingenij uires ad cõmumem fructũ studiosę iuuentutis conferre coner, ne publica ratio deseri

à nobis uideretur, has qualescun que commentatiũculas in lucem prodire sum passus. Tuo uerò nomini ut inscriberẽtur iussi, idq́ ea præcipuè de causa, quia nõ desunt qui ipsi cum nihil edant, uituperare, quæ ab alijs scribuntur, solent: te uirũ doctissimũ atq optimum delegi, ut si quis porrò existat, qui hæc nostra iniquè conuellere tentet, tua defensione ac præsidio fulta confirmentur, nedũ protrita intereant: imò uerò etiam ex tuo patrocinio summa insuper gratia rudi stilo cõscriptis accedat, & floreant ipsa iniuria, splendeantq́. Te enim iã inde ab adolescentia non solum bonarũ artium studijs mirificè oblectatum esse noui, sed etiam, quod cæteri ferè negligere sapientiæ studiosi solent, ad literarum scientiam, eloquendi elegantiam adiunxisse. Vale. Basileæ, Anno M. D. XLIX.

LECTORI S.

NOn ſum neſcius, lector, ei qui in publico aliquid proponit, illorũ maximè rationẽ habendam eſſe, qui mediocres ad diſcendum facultates adferunt. Hoc qui neglexerit, eum aut moleſta loquacitate obtũdere doctos, dum ſeſe ineruditis auribus impertiri ſtudet, aut hos fraudare omni fructu ſuſcepti à ſe laboris, ſumma ſi tantum attingat. Atq; utrumq; quidem incommodum uitare uellem: cur autem non potuerim, permultæ cauſæ fecerunt. Nam præterquam quòd conciſum ac breue ſcribendi genus comitem habet obſcuritatẽ, in iſta ſcholarum uaſtitate, atq; ignoratione interiorum diſciplinarum, neceſsitas quædam mihi impoſita eſt ad meorum tum eruditionem, tum ingenium, accõmodandi huius commentationis filum. Etenim horum præcipuè cauſa, qui parum exculti ſapientię ſtudijs acceſſerant, cum argumenti nouitas rudes eorum mentes remoraretur, coacti ſumus nonnunquam latius expatiari, ac præſcriptos fines quodammodo tranſilire. Quanquam id factum eſt à nobis & uerecundè, & perparcè, neq; ſine exemplo. Quo maiorẽ in ſpem adducor, me ex hac induſtria mea & labore, ſi non laudem ingenij, at pro meo tamen ſtudio meritam

gratiam

gratiam debitamq; reportaturum esse, atque ab æquis iudicibus facilem ueniã excusationis impetraturum. Quam si dare mihi aliquis recuset, quid illis faciat qui in explicatione autoris, quem tractant, non acquiescentes, ad omnem occasionem reprehendendi ansam arripiunt: & cõmendationem eruditionis refellendo quæ negligentibus scripta exciderunt, uel rectè etiam scripta sunt, quærunt? Doctrinæ soliditatem prę omnibus urgendã esse scio, & nonnunquã ut astruatur scriptorũ ueritas enitendum est: quinetiam interdum examinare quę suspectam fidem habent, oportet, sed modicè utrumq; factitãdum est interpreti. Hoc uerò nunquã, nisi cum aliqua non uulgaris utilitas ex eo quæritur, ad finẽ artis cõsequendum. Nam huc perpetuò collimare conuenit doctorem. Haudquaquã uerò committẽdum est, ut in illis quę aliorũ causa cõplectaris, quàm in eo cuius gratia ea præparãtur, longior ponatur oratio. Huic aũt de Natura commentariolo, ut nostra in Galeni libros de Temperamẽtis scholia adiungerentur, curauimus, alteri ex perspicuitate cõmendationẽ, alteri gratiã ex breuitate quærẽtes. Hanc si à tua beneuolentia lector obtinebũt, me ad edẽdos quos premo τ̃ ἀκροαμάτων cõmentarios nõ parũ excitabis. Vale.



Nter ea quæ recenti more præfari solent interpretes, illa tantum attingam, quæ ad propositum huius commentationis factura esse cũprimis spero. Principio quod ad doctrinæ genus pertinet, id quidem in plerisque alijs inquiritur, at hic in ipsa libri inscriptione (tanquam in fronte) apparet. Habet autem ea sic: DE NATVRA HOMINIS. Vnde intelligitur esse φυσιολογικὸν, id est, eius partis quæ naturam scrutatur. Propositum uerò autoris (cum latè pateat naturæ tractatio) ex terminis Medicinæ arti circumscriptis deprehenditur. Non enim primam illam rerum materiam ex qua omnia expressa sunt, non primorum corporũ, quæ etiam elementa uocantur, causas, eorum'ue naturam, sed ne causas quidem omnium quæcunq; homini adueniunt, eius'ue ortu fiunt, exquirendas sibi esse putãt medici, (cum hæc omnia naturæ uocabulo comprehendi uelint sapientes) sed illas præsertim naturæ uires cognoscere curant, à quibus mutari tota corpora cõtingit: quoniam sine his ortus atq; interitus, bona ualetudo & morbi non constant. Has igitur uires indagandas atq; etiam explicandas susceperunt, quantum proposita ualetudinis curatio poscit. Tametsi cum sit physiologiæ quodammodo subiecta medicina, ab ea ut ortus ipsius rationem, sic tradita

etiam

etiam ortus initia accipit. Vicit tamē gliſcens quorundam pernicioſo exemplo philoſophantium celebritas, atq; in hanc arenam extruſit Hippocratem, in qua pro communibus ſuæ artis principijs, quibus ſumma eius cõtineri uidebatur, decertaret. Hinc adeò euenit, ut uel Hippocrate ipſo autore cognoſceretur in medicina, quantum homini contribuant communia illa ac peruulgata initia, quó ue iure hominis elementa dicãtur. Magis propria medicinæ eſt hæc quæ ſequitur diſquiſitio. Nam cum prima & omnium concretorum ex multiformi natura corporum communia elementa, nõ protinus ex ſe hominis effingant corpus, ſtirpium ritu, ſed per quaſdam naturæ ſuæ mutationes, quænam habenda eſſet propinqua ortus noſtri materia, quæſitum eſt. Atq; huius quidem rei conſiderationem ſibi aſſumpſit medicina, quæ uarijs eius locis æſtimatur atq; abſoluitur. Id quod præfari neceſſe fuit, ne quis impræſentiarũ plenam ac perfectam explicationē naturæ humorũ requirat à nobis: né ue ut anguſtam aut ieiunã accuſet noſtram interpretationē. Hoc enim libro non utiq; eorum cauſas ac naturam, aut qua afficere hominem ualeant ſpectamus, ſed qua materiam cõferunt ex qua gignatur hominis corpus idoneam. Hic igitur ſcopus eſt autoris, quò omnis ductus huius commentationis dirigitur. Ex his quæ diximus facilè intelligitur, quanta ſit huius diſquiſitionis utilitas: de qua exiſtimare conuenit ex collatione ad finem artis. Finis porrò eſt bonæ ualetudinis adeptio. Hanc

cum

cum integra est tuentur, atq; ab iniurijs conseruāt cognata cuiusq; naturæ præsidia: ubi contrà eam afflictam esse contigerit, recreant atq; instaurant contrariæ lædentibus causæ, quæ ideo à Græcis ἐπανορθωτικαὶ, quia collapsam quasi erigant, atq; in pristinum statum ac dignitatem, restituant, dicuntur. Quacunq; autem uia contendas ad finem, illa sine dubio explorata habeas necesse est, ex quibus constat hominis corpus. Constat enim inter omnes quidem sapientes, horum uirtute ac facultatibus ualere ipsum ac perdurare: immutari uerò interire'ue haud ab alijs, quàm ex quibus ab initio concretum fuerit, posse. Quinetiā sobolis procreandæ ratio plerunque opem prudentiamq; medici requirit, ut uel huius gratia in causarum ortus effectricum & propinquæ hominis materiæ cognitione aliquam operam ponendam esse indubitatū sit. Ac de utilitate quidem huius cognitionis satis dictum est. Properemus autem ad id, quod præsertim in omni doctrina refert scire, ad locum huic libro aßignandum, quem in explicatione medicinæ artis, & eius parte, quæ naturæ contemplationis affinis est, sibi uēdicat: quamuis ex dictis iam à nobis liquere poßit. Nos tamen rudiorum causa aliquid etiam de eo priuatim dicemus, exigente hoc etiam officio nostro, qui uiam atq; aditus tyronibus pulcherrimæ artis studiosis aperiendos suscepimus. Certißima ratio constituitur recurrendo à fine in arte cōmuniter proposito, per proximas cuiusque causas, tanquam per gradus cognitionum,

donec

donec ad omnium primas redeatur. Ab his auspicari doctrinæ exordia iubet ipsa docendi ratio, & naturæ ordo. Nos uerò uiam inquirendi ab hac omnium assensione concedenda nobis sententia ineamus, qua ualetudinis cognitionem illi perceptam esse oportere, qui cum ratione ac certo consilio sit eam curaturus, ponimus. Nihil enim moramur hic factionem eorum, qui se ab experimentis quæ iactant, empiricos cognominarunt. Ab hoc initio ita procedere oporteat: Bona ualetudo in affectu corporis est, per quem integræ sunt uitæ conuenientes functiones: siue in facultatum incolumitate, nam ab his actiones proficiscuntur. Facultatũ robur ascribitur firmæ partium constitutioni. Hanc multiplices partes, quæ dicuntur instrumenta functionum obeundarũ, debent iusto numero, magnitudini, figuræ, & compositioni partium simplicium, ex quibus compactis inter se constant. Simplices uerò, quæ & ὁμοιομερῆς, id est, uniusmodi uocantur, pro elementorum unde coagmentatæ sunt temperamento ualent ac sanæ sunt. Ab his itaque ordiri medicinæ artis tractationẽ æquum est: quoniam sine ipsis cætera ne esse quidem, nedum perspici queant, etsi (ut iam antea testati sumus) quod ad communia omnium initia pertinet, recipiuntur à medicis, non etiam inquirere est necessarium. At uerò propinquæ hominis materiæ cõsideratio propria hæc sanæ medicinæ est. Sit igitur prior illa quæstio tanquam procemium, à propinqua autem materia hominis medicinæ tractationis exordium capiatur.

capiatur. Sed iam ad explicandam rationem huius de natura cõmentationis accedere tempus est. ea ſic habet. Quandoquidem inquiſiturus nõ ſolum humani corporis, ſed etiam rei cuiuſcunq; naturã, ante omnia explicare debet ex unó ne initio, an ex pluribus ea conſtet, hanc rationem cum ſibi propoſuiſſet Hippocrates, illos principiò refutauit, unũ qui faciebant hominis elementum: quo plura uno uelle intelligitur. Dum uerò ad quatuor qualitates omnes mutationum cauſas refert, non ponere illa initia infinita deprehenditur. Mirandũ uerò est, ea breuitate ſermonis perſtringi ab ipſo eorum & numerum & facultates, quas uſq; in corpore hominis retinent. Quamuis hoc eo conſilio fieri putauerim, quo quicquid eorum ſit quod magnopere referat ſcire, partim traditum à phyſicis adferatur ad medicorum ſcholas, partim in aliam artis partem tractandum atq; explicandum reyciatur, quæ cauſas inueſtigat bonæ & aduerſæ ualetudinis. Deinde conuerſus ad medicos, atq; ortus noſtri propinquam materiã, principiò eleuat eorum opinionem, qui ex uno humore factum hominem putarunt: tum demum ſuam de hac re ſententiam aperit: quam mox confirmat per conſequentiam eorum, quæ circa hominis ortum apparent euidenter. Præterea illorum cõparatione quæ ortu cunctorum cùm animantium, tum etiam ſtirpium ipſarum fiunt, inuentum ſuum de quatuor tum elementis, tum humoribus examinat. Interea uerò dum hæc agit, obiter oſtendit, quanta ſit eius cognitionis uti-

nis uti-

nis utilitas. Verùm hæc omnia melius suo loco æstimabuntur. Quòd uerò tradere omiserit horum initiorum, quæ posteritas στοιχεῖα, id est, elementa uocauit, proprias notas, id condonandum esse studio breuitatis puto: licet adferri hoc à tyronibus artis debuerit, quo arceri etiam illos ab Hippocrate, quicunq; sub præceptoribus naturalis speculationis magistris ab adolescentia eruditi non fuerint, credas. Etenim hoc libro primordia illa naturæ pertractare non est propositum, sed tantum ostendere cura est ex certis & non controuersis indicijs, ad ea referri hominis originem. Quinetiam attingi in medicina haud inutiliter quæstionē de hominis initijs: quoniam nato homini contribuant aliquid ex se, cuius ope uita regitur, gignitur, & natum consistit corpus.

HIPPO-

HIPPOCRATIS DE NATVRA HOMINIS LIBER.



Visquis audire consueuit eos qui de natura hominis suprà quàm medicinæ artis intersit, disputãt, huius certè auribus hæc nostra oratio accommodata non est.

Ars omnis ex multis præceptis constat, spectantibus in unum finem. Ac in medicina quidem proposita est bona corporis ualetudo. Habentur autem illa demum utilia præcepta, artisq; propria, quæ quomodocunq; ad finem hunc pertinẽt. Hinc etiam tractandæ artis ratio initur: ac termini, ceu metæ quædam, huius æstimatione constituuntur: scilicet ut eatenus explicentur quæstiones quæ incidunt, quoad earum perceptio cupidis in arte perspicienda aliquod adiumentum adferre cognoscitur. Verùm in hoc genere, quo tum natura corporis, tum medicamentorum facultates, ac causæ earum quæ corpori adueniunt affectionum inquiruntur, procliue est extra fines medicinæ considerationis excurrere. Ne autem fieret hoc præter modum, sua medicinæ tractationi spacia circumscripta sunt à sapientibus: atq; eius rei autorem Hippocratem

pocratem esse commemorant. Etenim cum rerum
naturæ contemplatio esset quadantenus medicis
& multijugis sapientiæ professoribus communis,
hoc tamen maximè interest, quòd sapientes, qui se
φυσικοὺς nominarunt, cognoscendi studio impulsi,
incepto uestigandi proposito et studio antè sibi de
sistendum esse non putant, quàm ad primas rerum
causas, & quasi ad fontē ipsum perueniant. In me
dicina autem nō semper illæ omnes exquiruntur:
sed cum pleræq; sint tales, quæ perceptæ non ma-
gnū usum conferant ad artis opera: quædā sine mo
do quæstiones alias ex alijs trahant, ut taceā quòd
non paucæ dubitationis relinquūt plurimū, si qua
fortè eiusmodi quæstio se obtulerit in medicinæ
tractatione, ad compendiū aliquod cognitionis re-
spicere usitatum est. In naturæ igitur hominis con
sideratione suprà nō ascenditur, quam referat per
spexisse eum qui sit cum ratione ualetudinem cura
turus. In medicamētis similis modus statuitur, nem
pe ut facultas eorū cognoscatur à medicis. In cau
sarum disquisitione progreßiones fiunt usq; ad eui
dentes, quas uocant προκαταρκτικάς. De his porrò,
uti etiam de alijs quæ tum internæ, tum προηγου-
μέναι dicuntur, iudicatur ex comparatione eorum
quæ alijs in rebus similes causæ efficere consueue-
runt. Vocant autem hanc docendi rationē græcè
ἀναλογισμὸν, cumq; per omnia respondere depre-
hendatur, pro certa atq; explorata habetur. Cuius
demonstrationem (si quis requirat) petere à sapi-
entiæ professoribus iubent. Itaq; supra usum medi

cinæ artis extendit inquiſitionem, quiſquis uſq; ad principia et cauſas elementorũ procurrit contẽplatione: quæ omnia ſunt phyſiologiæ propria. Excedunt et illi terminos artis, qui decernũt illa quibus receptis ſubuerti principia medicinæ ac ſummam artis conueniat: quod nimirũ faciunt, quicunq; ex uno elemẽto cõſtare cũm uniuerſam rerũ naturã, tum etiã hominis dicũt. Ad hos refutandos ſi quis ſe applicet medicus, itidem extra medicinã petitis argumẽtis faciat oportet. Hoc uerò illud eſt, quod innuere Hippocrates ſub his uerbis uidetur: Huius certè aurib. hæc noſtra oratio accõmodata nõ eſt. Nõ enim præcipuo propoſito, ab eo qui medicinã profiteatur Hippocrate, ſed uelut obiter redarguuntur: etſi totus hic liber cõtra illos adornatus eſt.

Nam neq; prorſus aerẽ eſſe hominẽ dixerim, ignẽ'ue, aut aquã, aut terrã, neq; aliud quippiam q̊d minimè eſſe unum in eo apparet.

Sententia eſt, ex uno elemento, aere uidelicet ſolo, conſtare hominis corpus haud dixero, id eſt, ad unum aerem, ut unicum humani corporis initium, non retulerim hominis originẽ, ſicut neq; ad unum ex reliquis tribus, ignem ſolum, aquã, terrám ue, aut undecũq; illud aſciſcere libeat. Diuerſum enim præ ſe ferre corporis humani ratio uidetur: & quæ ipſi euidenter adueniũt, repugnant multis modis naturæ ſimplicitati. Eſt uerò hic obſeruandũ, uoce πάμπαν, cui reſpondet noſtrũ Prorſus, totum

hominem

hominem uno ex quatuor, eoq; solo cõstare, id est, unicum hominis elementũ negari: nullum uerò excludi à constitutione hominis, tanquã si à quatuor elementis originem haud trahat. Quod sine dubio uoluisse deprehenduntur, tum qui esse illa hominis elementa negarunt, tum qui eo quòd non uideãtur inesse homini, haberi pro elementis eius nolunt. Hi quæ scripta sunt duabus uocibus ἐν ἐὸν, commutare in unam audẽt, ut legatur ἐνεὸν, id est, inesse. His autoribus cõtrahenda fuerit disquisitio naturæ hominis, ut intra ea quæ in eo simplicissima apparent concludatur. Alij ea quæ sint hominis elementa ostendi in homine petunt: ideoq; hæc repudiãt, quia homini inesse nullũ appareat. Quasi uerò intra euidentiã contineri omnes de natura hominis quæstiones oporteat: aut alia putare eius elementa sit nefas, quàm quæ in ipso simplicia cõmonstrantur sensib. illa percepturis. Atqui longissimè abesse utrosq; à uero, docebit ipsius disputationis discursus: quæ tota cõtra unius elementi asseueratores dirigitur. Enimuero quãti referat, rectè esse de ortus hominis cõmunibus elemẽtis edoctũ, et quatenus eorũ tractatio amplectẽda sit, suprà ostẽdimus: quinetiã ex his quæ pòst dicẽtur, clarũ fiet. Porrò aũt sensibus illorum iudiciũ cõmittere uelle, apprimè temerariũ est, ne dicam stultũ: cum hi ne in illis quidem rebus, quas ipsi mistas esse meminerimus, differentes inuicem naturas discernere ualeant. Requirere autẽ sincera in homine, cum ne id mundi quidẽ elementis usu ueniat, parum sani fuerit hominis: quin

è contrario si talia sint, ociosa esse oporteat. Quòd si nihilominus ostendi ea tibi contendas in homine ipso, terram in oßibus, unguibus, pilis intuere, scilicet præponderantem in eis terræ portionẽ, haud sanè aliter atq; in hac quæ colitur. In pituita item aquam intellige. Quemadmodum in bile et sanguine ac spiritu, mistam aere igneq; naturã licet contemplari. Si quis igitur sensibus ducibus ad elementorum comprehensionem contendat, tantum nimirum horum ope cõsequatur. Verùm haud magna in hac quidem obseruatione ad elementorũ cognitionem adipiscendam momẽta insunt. Nam ut fortè oculis ac manibus sensum mouentes eorum qualitates discernas, non tamen protinus illud cognoueris, cuius gratia ipsis contingit esse elementis, id est, initijs hominis. Qua igitur uia eò, quò maximè uolumus, peruenturũ te speres? Non sanè alia certiore, quàm propriarum cuiusq; notarum obseruatione. Proprias autem cuiusq; notas ostendit definitio: quinetiã eadem uiam ac rationem ad id quod urgeas consequendum idoneam cõmonstrare consueuit. Itaq; elementi notas definiendo aperiamus. Elementum est, minima eius quod ex ipso concretum est pars. Pars autem omnis, pars generis, cognatione iuncta est ei cuius pars dicitur. Sic literæ à grammaticis syllabarũ, uerborum, orationis uocantur elementa. Nos uerò quærimus communia concretorum corporum elementa, id est, initia, & tanquam semina corporum, ex quibus omnia sint orta, generata, cõcreta. Ea extra omnem controuersiam

trouersiam esse prima debent, id est, quæ ex nullo alio corpore nata, sed potius ex quibus alia omnia orta sint. Etenim hoc ratio poscit initiorū. sic sanè prima fuerint. Sed quòd eadem simplicissima sint, itidem liquet: quia nō queant secus prima esse, aut initiorum appellationem tueri. Iam uerò hoc ipso minimæ sunt partes concretorū ex se corporum. Porrò ad prima, id est, aliorum initia & simplicissimas naturas, minimasq́; partes dignoscendas haud peruenias sensuum fretus indicio. In his enim quæ naturæ suæ rationem in comparatione cum aliquo habent, non tam intuemur cognatas cuiusque substantiæ qualitatū proprietates, quàm τὴν σχέσιν, id est, eam conditionem, qua ad aliud quodammodo affecta intelliguntur: quippe quæ quicquid sunt, aliorum sunt. Ergo licet elementa qualitatum suarū differentijs euidentia sint, tamen quæ elementa sunt, id est, initia aliorum, cum causæ rationem obtineāt, ex absconditis sunt: quæ ratio explorat. Viam autem indagandi sui ipsa ostendunt. Nam minimæ partes cum sint, prima item & simplicissima corpora, clarum eorum indicium diuidendo consequeris, cum sisti animaduertes dissoluendi in alia corpora facultatem. Minimum enim uocant, quod diuidi ultrà nō potest: simplicissimū, quod dissoluere in alia nescias: Primū deniq́;, quo nihil est prius. Præterea cum initij ratio ipsis competat, uocenturq́; nō solum simplicissima omnium ac prima corpora, sed etiam initia, id est ortus concretorū ex uaria ac multiformi natura corporum

elementa, non dubium est, quin eadem sint principibus qualitatibus prædita, nempe illis quæ commutare penitus naturam corporum poßint: siquidem necesse est & ortum, & interitum mutatione conuersioneq; totorum corporum constare. Quocirca harum qualitatum reperto in corpore hominis indicio, non uestigia solum, sed ipsa potius (ut sic dicam) elementorum cubilia deprehendisse te certo tibi persuadeas. Ergo hæc uia & ratio inquirenti elementa hominis proposita est, ut pòst docebimus. hanc ingressus Hippocrates omnium primus illa sermone omnium trita quatuor elementa tradidit: quorum naturam pòst Chrysippus, & deinde Aristoteles tractando explicuerunt. At uerò sensibus arbitris, non modò inconstans semperq; uariabile iudicium de illis habebitur, sed ne ulla quidem constituentur. Nam prout cuipiam aliàs atq; aliàs minimum aliquid apparebit, illud eidem pro eo tempore elementum fuerit.

Tametsi per me quidem licet, ut ij quibus isthæc placent, existiment quod uelint.

Hæc nimirum eódem spectant, quò illa superiora: huius certè auribus hæc nostra oratio accommodata non est: etsi mox dicat diuersam sententiam probari sibi. Hoc porrò exemplum, adeóque formam ipsam, figuramq; dicendi expreßit Aristoteles,

Aristoteles, aduersus Parmenidem & Melissum disputaturus.

Attamen haud rectè sentire illos, qui hæc defendunt, apud me statuo. Cum enim eódem spectēt omnes, idem'que sentiant, non dicunt eadem: tamen nihilominus ad suam sententiā, unam omnes conclusionem accōmodant, dum inquiunt, unum esse quicquid est, idq; & unū esse, & uniuersum. At uerbis inter se discrepāt. Nam alius illud ipsum esse uult aerem, alius ignem, alius aquam, alius terram. Tum ad concludendū quod cuique placet, quæruntur testimonia & argumenta, quæ ponderis habent nihil. Quòd autem non intelligant ea quæ profitentur, hoc uel ex eo deprehendas, quòd una cum sit omniū sententia, non dicunt eadem. Id quod minimè obscurum est ei, qui coràm inter se concertantes audiuerit. Nam eodem consessu atque

auditorum corona, dum inter ſe decertant, nunquam unus alios tres una argumētatione uicit. Sed modò hic ſuperior diſcedere uiſus eſt, modò ille, interdũ ut cuiq; obtigerat lingua uolubilis, ac præcipiti celeritate ad uulgi aures apta. Atqui ſi quiſquam eſt, qui à ſe inuenta & conſtituta de rebus decreta probari porrò quærat, hic certè inuictas præſtare ſuas rationes debet: ſiquidem uera decernere, atq; aptè eadem expreſsiſſe uideri uult.

Concludendi atque interrogandi morem ipſis uſitatum non cōmemorat Hippocrates, *ut qui tanquam cum illis agat, qui eos coràm diſputantes audiuerit. Quamuis idcirco eſſe omiſſam eius enarrationem credere poßis, quo iuſtam aduerſus eos diſputationem non putarit ſibi eſſe ſuſcipiendã. Ego uerò utrumq; perſtringam, quantum ad huius loci explicationem pertinere perſuaſum habeo. Quæſiuerũt ueteres illi naturæ uentilatores initia corporum, quæ paßim gignuntur et intereunt.* Sed *in limine* (quod dici ſolet) *impegerũt, quia ſine præcognita aliqua eius rei, quam ſibi æſtimandã propoſuiſſent, propria nota, ad ipſam diſquiſitionem aggreßi*

greßi sunt: & nullo discrimine confuderunt initia corporea, quæ posteritas nominauit elementa, ab incorporeis, quæ propriè appellantur rerum principia. Hinc euenit, ut dum imprudētes cōstituerent materiā primam, eam haud agnouerint: mox repugnātes sibi ipsis, illud quod in corporū mutationibus subiectū cōmuniter omnib. permanet immutabile, fecerunt cōmune initiū, et uocarūt ipsum τὸ ὂν, quasi illud ex quo cōstent cuncta. Hoc uoluerūt esse corpus naturale & χωριστὸν, id est, per se consistens, idq́; unum ex peruulgatis quatuor. Sententia igitur omniū est, esse unum initiū corporeum, quòd propinqua sit materia omniū quæ gignūtur, in quod & occidant omnia, ut illa ex ipso expressa, ipsum illud antè fuerint, atque id usque intra se contineant. Non enim penitus cōmutari, dū progignit ex se alia corpora, uolūt. Hinc dicūt illud unū esse pariter uniuersum. At hæc quidem de naturæ primordijs uetustißimorum opinio fuisse uidetur.

Tum ad concludendum quod cuiq; placet, &c.

Totius conclusionis fundamentū (ut diximus) silentio præteriuit Hippocrates: Galenus uerò aperuit, et formā eius quodammodo expreßit. Ponūt autem primum, quod quasi cōtineat omnem hanc quæstionem, adeoq́; ad hunc ferè modū composita illis cōclusio est: id ex quo nascūtur omnia, est cōmune omnium initium. Deinde ad concludendū id quod uolunt, accōmodant quod eorū cuiq; placet:

ex igne nascuntur cuncta, ignis igitur initiũ. Alius aliud ex quatuor facit illud initium, ut cuiq; uisum est ordiri mutationis circulum. Porrò mutationis ab omnibus una communis ratio habetur, nempe hæc, ut summæ craßitudinis soboles sit terra, cæte ra ex alijs per succeßiuas mutationes pro cõgruen tibus naturæ cuiusq; cõcretionis et fusionis momen tis nascantur. Nos uerò suprà ostẽdimus, haud esse propriã elementi notam, quod ex eius cõmutatio ne aliud efficiatur, sed si primum sit ac simplicißi mum, et pars minima concreti ex se corporis. Atqui hæ notæ ex æquo igni, aeri, aquæ et terræ con ueniunt. Itaq; dum mutuas succeßionũ uices hi qui dem uariè texunt & retexunt, hoc cumprimis efficere deprehenduntur, nullum ut sit inter ea primum, sed paris inter se iuris et dignitatis uniuersa.

Hi uerò qua sunt ingenij hebe tudine, suis se uerbis circumscri bunt, ac Melissi cõfirmant senten tiam. Atq; hæc quidẽ hactenus.

Suis se uerbis circũscribunt (inquit) imprudẽtes. Nõ solũ enim cõtrouersas atq; alienas sumptiones adhibent, sed etiã cõtrarias, id est, remotißimas à sua causa. Nã mutari omnes illud unũ statuũt. Cũ deniq; ijdẽ, cur uni illorũ præ alijs initij nomẽ attri buatur, nõ doceãt, et cõmutari fateãtur uniuersa, annõ principatũ detrahere omnib. deprehendũtur uerbis suis? Nã quin retrò cõmeet illorũ mutatio, ni hil impedit. Melißi aũt sententiã, infirmã illã qui dem, &

dem, &

dem, et quasi quodāmodo labantē, qua ratione con
stituant, operæpreciū est considerare. Ac Melissus
quidē primū id quod est, fecit unū et solitariū: atq;
unū cū esset, meritò etiā mutationis expers esse ip-
sum uoluit. At hi successiua mutatione elementorū,
necessariò ponunt aliquid, in quo hæc fiat. Atq; ea
primùm uocata est ὕλη, id est, sylua, cōplectente in
se indiscretā initiorum congeriē uocabulo: secuta
mox ætas primordiorū species distinxit, & natu-
ras explicauit, seruatoq; uetere uocabulo, illud at-
tribuit materiæ ex qua omnia expressa atq; effícta
essent: quā et subiectā omnib. sine ulla specie, et ca
rentē omni qualitate, sempiternā atq; infinitā esse
definiuerūt. Hāc credibile est uoluisse Melissū, sed
exprimere haud ualuisse: ut quem inhæsisse cogita
tione cōcretæ ex materia et forma naturæ cōstat.
Quanquā nō in hoc solū lapsus est, sed etiā insuper
quo hāc facit unicū omniū initiū, cum nō sit. Nam
præter eā quatuor qualitates omniū corporū, quæ
natura gignit, principia sunt. Ad hunc itaq; modū
hi (licet imprudētes) efficiūt, quod Melissus facere
nequiuit. Exponūt enim quiddā permanens in cor
porū cōmutationibus, quod sit ipsum immutabile
et unū. Quinetiam faciūt æquiores simus Melisso,
quippe q melius q̄ illi sibi constitit. Posteaq̄ enim id
quod est fecisset ἀκίνητον, id est, immutabile, ut pri
mum haud posse ipsum nomen suū tueri hac quidē
ratione animaduertit, mox omnib. sigillatim attri
buendū censuit, atq; infinitū esse dixit, uocauitq; τὸ
πᾶν, q.d. quod rerū uniuersitatē intra se cōtineret

Quidam.

Quidam autem ex medicis, ex ſolo ſanguine conſtare hominem dicunt, alij ex bile, nonnulli pitui ta: quinetiam eandem omnes con cluſionē ſubijciunt, dum ex uno quopiam eſſe eum uolunt, quod cuiq; eorum placet.

Sub iiſdem præceptoribus & natæ olim, et tra ditæ ſunt naturæ rerū contemplatio & medicina. **Primus** *aūt hanc à ſtudio ſapientiæ ſeparauit* **Hip** *pocrates: qui medicinæ aßignaſſe humorū diſquiſi tionem, uel ex his uerbis deprehenditur.* **Itaq; poſt** *expoſitam quorundam philoſophorum de commu nibus naturæ principijs opinionē, tranſit ad ſimile decretū medicorū de propinqua hominis materia factum: atq; id ſubiungit loco illi proximo, ut cla rius appareat affinitas opinionū. Cōſenſus porrò ſpectatur in eo, quod utriq; unū ex quatuor faciūt hominis elementū. Hi quidem ad unum humorem reſpicientes, illi ad unum ex primis & ſimpliciſſi mis corporibus. De momentis autem atq; occaſio nibus, per quas ille unus humor alios ex ſe progi gnat, in hunc ferè diſſerunt modum.*

Illud porrò unum ui caloris fri goris'ue coactū, ſpeciem uireſq; mutare, ac fieri dulce, amarum, al bum, nigrum, quiddam denique

aliud

aliud quod multis & diuersis qualitatibus uariè temperatum sit.

Decebat nimirum hos qui corporum mutationes fusione & concretione fieri existimant, calorem & frigus effectrices omnis mutationis causas ponere. Quanquam dum unum humorem, ex quo alij gignãtur, omnibus cõmuniter subijcere tentãt, prӕterquam quòd unum prӕter quatuor peruulgatos ponunt, iners planè atq; ociosum esse commentum eorum deprehenditur, neq; perinde quadrare atq; fortè Melißi facit: ut prӕ his quoq; sapere meritò putetur Melissus.

Hęc quidem atq; his affinia pleriq; asserũt. Ego aũt inquã, si unũ sit homo, nunquã dolore afficiat.

Hactenus satis habuit Hippocrates uerbis suis eleuare philosophorum ac medicorum, quicunq; ex uno quopiam initio nasci hominẽ dixerunt, asseuerandi imperitiã: ideoq; nulla refutatione dignã prӕterit, cõtentus necessaria propugnatione medicinӕ artis. Ad eam igitur sic accingitur, ut protinus aduersum decretum quasi subuertere aggrediatur. Itaq; posito eo quod assertionẽ unius elementi consequitur, illud collatione cum his explorat, quӕ omnium consensu in homine cum appareant euidenter, ad medicinӕ artis patrociniũ pertinere prӕsertim nouit, ut posteaquam repugnare unius elementi positioni cõstiterit, intelligamus illud non posse esse uerum, cuius id consequens sit. Nos uerò

causa

causa rudiorū planius explicabimus totam rationem ac uim huius aggreßionis, quæ uis in consecutionis neceßitate sita est. Mutatio ab aduersis inuicē causis aduenit. Sensus est perceptio priuatæ affectionis. Dolor est sensus uehementis affectionis contra naturam confertim irruentis. Quod ex uno nō mutato constat, eius ortu nihil accipit supra illa quæ antè ipsi inerant. Quod solitarium est ac simplex, id necesse est immutabile permanere. Quod ex uno non mutabili constat, itidem immutabile sit oportet. Quod mutari nequit, id ad sentiendum comparatum non est: illud quinetiā impossibile est dolere. Quia in doloris ratione cùm affectio, tum etiam sensus eius insunt. Vno igitur elemento cōstans homo, nullo doloris sensu affici possit. At uerò dolere hominē, clarū est: ergo ruit eorū opinio, qui uni elemento hominis ortū attribuunt.

Non enim habeat quod sibi dolorem inferre possit, dum unum statuitur.

Cum dolor definiatur affectione, eaq; tantū mutuò se afficiant, quæ cōtrarias inuicem naturas habent, nō potest in unum elementum, siue in corpus quod ex uno constet, cadere. Nam quod unum est, non habet à qua afficiatur contrariā uim. Non habet intra se, quia simplex est eius natura: sed neque extra se habet, quia solitariū esse ponitur. Ad eandem conclusionē accommodari possunt argumenta ex cæteris ducta, quibus cum dolore affinitas

quædam

quædam & cognatio generis intercedit. Cognata uoco doloris uoluptatem, sensus quinq;, imaginationem, memoriam, &c.

Quòd si doleret etiam, unicum tamen remedium esset.

Quod solitarium est, ut dolore affici fingas, tamen sicut à simplici sua natura non nisi unam habere doloris causam potest, ita neq; plura uno remedia: siquidem in contrarietate morborũ et remediorum naturam esse reponendam censeas.

At uerò haud unum est.

Hoc usus quotidianus cõprobat. Etenim corpora aliàs atq; aliàs in diuersas intemperies impulsa prolabi solent, atq; in utramuis partẽ remedijs uergentibus curantur. Vnde nõ solum cognoscitur remediorũ uarietas, sed etiam bonæ ualetudinis natura & cõditio: utputa quæ paribus momentis reducta ab extremis, medium, & quasi temperatum libramentum inter utraq; tenere creditur.

Quin è contrario multa insunt in corpore, quæ cum præter naturam à se mutuo calida, frigida, sicca, aut humida fuerint reddita, morbos pariunt.

Ex quatuor qualitatũ intemperie plerunq; existunt morbi. Vnde primùm intelligitur, his qualitatibus præditum esse corpus hominis. Deinde nõ sine harum bona temperie firmã esse ualetudinẽ,

ac proinde

ac proinde esse easdem nobis cognatas: præsertim cum ab initio adhæsisse eas clarum sit. Has autem uel ex commutatione quæ ortu corporis facta est, natas esse oportet, uel à propinquis eius elementis contributas aduenisse: siue cum his ortæ ipsæ fuerint, siue ab alijs quibusdam se prioribus corporibus acceptæ, per succedentia nascendi ordine corpora, tanquam per manus traditæ, ad hominẽ tandem ipsum peruenerint. Atqui sunt illæ quidẽ principes, id est, ex nulla re alia motæ: quin imò harũ ui omnes naturarum mutationes fiunt. Accedit quòd & morbi ipsi & corporis interitus ex harũ intemperie adueniunt. An igitur illas cõmunibus concretorũ corporũ initijs tribuere dubitabimus? Itaq; ab illis profectæ, tanquã à suis fontibus, usq; ad hominem demanarunt, atq; origini hominis ex primis illis ductæ, testimonium perhibere cognoscuntur. Quid aũt hæc ad causam quam urgemus, id est, ad refutationẽ unius elementi faciant, ex horum quæ nunc pro affirmatis habemus, consequentia fiet perspicuum. Quapropter ad eam explicandam aggredi est tempestiuũ. Ad cõmunia omnium initia referri quatuor notas qualitates constat. Cũ autem uni ex ipsis attribui uniuersæ haud poßint (quippe cum elementi naturã simplicem esse oportere dubiũ non est) sicut pluribus acceptæ illæ referuntur sic plura uno ponenda sint prima corpora: nempe quot hæ sine aduersariæ cuiusq; qualitatis adiunctione constituere simplices naturas possunt. Conficiũt aũt hoc modo quatuor peruulgata elementa.

elementa. Ad *eadē igitur referri hominis originem, ex harum qualitatum indicio deprehenditur.* Iam *ue rò esse omnium operam ac uim ad gignendum homi nis corpus necessariam, id maximè discas ex eo, quòd sine omniū congruenti inter se temperatione cōsistere nullum cernas, sed neq; gigni obseruando cōperias.*

Hinc multæ extiterunt morborum formæ, & pariter multiplex curandi ratio.

Ex *unius elemēti assertione cōsequi ostēdimus, nul lis morbis obnoxiū esse corpus hominis, saltē (ut affi ci aliquo cōcedas) uno tantū modo, ut lædi, sic etiā cu rari oportere: quo tollatur protinus ars ualetudinis curatrix.* Vbi *enim multiplices morborū formæ non sint, neq; uariæ ac differētes curationes, frustra quæ ratur ars aliqua, cuius ope morborū differentias com plexus aliquis, eorū curationes dextrè obire ualeat.*

Sed æquū erat, eum qui ex uno sanguine constare hominē censeat, ostendere, eodem perpetuo formæ statu ac tenore permanere ipsum, neq; esse adeò uariabilem. Saltem ali quod esse anni tempus, aut hominis ætatē, quum solum sanguinem contineat. Etenim esse aliquod par est anni tempus, quo is in i pso unicus inesse appareat. Eadem porrò ad uersus eos dicta accipito, quicunque ex una pituita ortum hominem, & qui factum ex bile dicunt. Q*uod hactenus fecit* Hippocrates, *hoc ipsum & hic, dum medicorum sententiam exa minat, facere pergit, nempe ex consequentia eorum quæ apparent, atque ipsa experientia.*

Nam ex quibus hominem eſſe conflatum dixero, ea & pro norma uſuq; loquendi habere, & cum natura ipſa conſentire demonſtrabo: denique eſſe eadem in homine perpetua, ætate tum iuuenili, tum ſenili: tempore item tam calido, quàm frigido. Sed & argumenta afferam, & cauſas neceſſarias, ob quas horum quodq; augeri minui'ue in corpore hominis contingit.

Viri præſertim modeſti eſt, haud contemnere ſapientum iudicia de rerum diſcriminibus. Atq; huius quidem iudicij teſtimonia extant in earum nomenclaturis. Nam quas res differre naturis cognouiſſent, eas nominibus quoque diſtinctas eſſe uoluerunt, & ſecuta mox ætas ſuo conſenſu pondus atque autoritatem ei addidit: quam nemo eleuare, ut temerè conuellat, debet: ideoq; νόμον uocaſſe uidetur Hippocrates. *Sed potiſsima ſemper argumenta ſunt, quæ ex ipſa rerum natura, & conſequentium, aut ſimilium obſeruatione, atque ipſa quaſi experientia ſumuntur. Hæc enim rem ipſam, tanquam in tabula conſpiciendam proponit. Cum autem nemo illis facilè aſſentiri debeat, quæ nulla euidentia comprobantur: nequaquam uerò recipere conueniat, quæ etiam repugnant euidentibus, peruulgata in medicina explorandi ratio eſt, in ipſa experientia, & conſequentium obſeruatione ſita.* Hinc *ſolennis illa uox* Hippocratis: *Oſtendit curatio.*

Principiò generatio eius ab uno initio fieri nequit. Quî enim, quod unum eſt, ex ſe aliud

aliud quiddam progignat, nisi alij mistum? cum ne mista quidem, nisi quæ commercio generis coniunguntur, atque ijsdem sunt uiribus prædita, gignant: neque (ut gignant illa quidem) similia progenitoribus procreentur. Postremò nisi calor frigore, & humore id quod siccum est, conuenienter contemperentur, sed aliud longo pòst interuallo à potentiore relinquatur, nasci ex illis nihil potest. *Iunctim contra philosophos & medicos, quicunque communiter ex uno constare hominis corpus uolunt, inducit sermonem. Vocant autem hoc genus docendi* ἀναλογισμὸν, *quem pro uaria illa atque infinita disquisitione causarum usurpare solent medici. Exercetur uerò hic proposito in medio exemplo generationis animalium & stirpium: ut appareat, neque uni omnium communi elemento esse attribuendam ortus hominis causam, neque ex uno quopiam humore propinquam materiam accepisse ipsum. Spectatur enim cunctis in rebus qua parte quæque gignitur similitudo, & in quibusdam ipsa quodammodo ratio ac modus generationis patet sensibus. Enimuero stirpium semina, atque item animantium, sola nihil procreant: licet naturam haud æquè simplicem habeant atque prima quatuor, sed ui insuper aliqua interiore sint prædita, quæ suapte ad sobolis propagationem contendit. Quid igitur obstat, quin è uestigio progerminent? Non dubium est alterius subsidium poscere illa, quæ alioqui ne horæ quidem unius momento differant fœturam, nedum in annos aliquot*

supprimi eam patiantur. Atq; hæc quidē per se clara sunt: & sita cum sint in promptu, nō egent exquisitis argumentis, aut multa disputatione. Si quis aūt de his dissentire pergat, hūc equidē ad uulgus agricolarum ire iussero, atq; apud indoctā quamuis plebem suum acumen experiri, ac uenditare inuentorū suorū subtilitatem. At illos quotidianus usus docuit, nō solum terræ et aquæ opem requiri ad germinationē, sed etiam insuper moderati caloris accessione opus esse. Itidem ex animalibus nullū citra coniugiū edi nouerunt. De mistionis aūt usu, aut potius necessitate, quid opus est uerba facere, re nota ipsis fossoribus? Hinc enim illi pastinandi labores assumuntur. Præterea haud temerè aliud præsentius lætamen nouit tota rusticorū turba, quo uulgo satorū tarditatē accelerēt, & in marcore promptius recreēt, quàm si deposita solo bene subacto semina subinde conspergi curent aqua ex lacuna putri, uel stercore mista, ceu quæ terræ atq; ignei caloris ex putredine accensi atq; aquæ tēperatione gratissimum pabulum conficiatur languentibus plantis. Tertium argumentū ducitur ex miscendorum conditione. Nam quæ animantia naturis magnopere dissident, licet misceātur, non tamē gignunt. Alia quibuscum tanta generis dissimilitudo haud intercedit, gignunt illa quidē ex mutuo coitu, at neutri parenti simile animal, sed mistum ex utroq;. Sic muli ex asino & equa eduntur, atq; ex cane & uulpe canes, qui manifesta diuersi generis signa referunt. Itidē & auium generi ex dispari coitu usu uenit. Postremū petitum est à certo eorū quæ inter se miscētur temperamento,

ac iusto

ac iusto omnium inter se modo. Nō enim quiuis ad generationē est aptus. Hyems ignaua colono est, inquit Maro. Insuper locis ac cœli tempestatibus plus æquo humidis suffocari humore immodico quæ seueris, solent. Sicut è cōtrario ardorib. et siccitatibus contabescunt, omni sensim cōsumpto humore genitali. Ideoq; stirpium cumprimis soboli gratum est uer. Iam quòd brutorum animantium quædā & hominum etiā coniugia perpetua orbitate damnētur, in causa esse solet intemperies: quæ longè deteriores sunt, quoties in utroq; coniuge eódē uergunt. Nam in alijs ex aduersarum in se qualitatum temperatione naturæ conueniens temperies nascitur. Quo magis laudandi sunt ueteres, quos in id præcipua cogitatione curaq; incubuisse constat, ut quàm fieri posset conuenientes atq; aptæ ad sobolē naturæ iungerētur. Fuit autē olim prudentibus uiris tantum eius rei cognoscendæ studium, ut etiā ab ipsis quæsita sit ars, qua naturæ coniugijs habiles ab alijs discerni possent.

Proinde quî gignatur ex uno initio aliquid, cum id ne ex pluribus quidem uno, nisi temperamento qualitatū inter se congruant, fieri posit? *Perspicua est ratio huius cōclusionis, qua multipliciter refutatur cōmune de uno elemento hominis decretum. Sed cum duo sint omnis inuentionis nota instrumenta, ratio et experientia, siue obseruatio euidentium rerum, atq; huius quidē exemplum antè sit expositū, illius etiā uim tentemus ostendere. Quamuis enim à nobis fiet hoc præter officium nostrum, tamē ut paucis saltē uiam ad huius methodi*

rationē ineundā aperiamus, cōcedi impræsentiarum nobis postulo. Initur autē tum à fine ipso, ad quē consequendū natura gignendo collimat, tum à præcipua actione qua ortus constat, atq; ad speratum exitū per ducitur naturæ opus. Ortu rerum spectatur ad formæ acquisitionē. Contingit autē hæc mutatione materiæ ex forma substantiali, in aliam formā substantialem. Mutatio porrò fit agentibus inuicem aduersis in se qualitatibus. Qualitates autē illæ tangendo se mutuo afficiunt: ideo ad mutationis cùm celeritatē, tum etiam perfectionē necesse est ut totæ se mutuò contingant, quantum eius fieri potest. fit uerò hoc confusis, & quàm maximè commistis. Accedit quod ad corporum coagmentationē una mistione nihil est aptius, ac diligenti minutarum partium applicatione. Verùm quoniā finis huius mutuæ affectionis non est ipsa per se mutatio, sed illa potius mutatio, ex qua noua quædam forma corpori accedat, ideo moderatā atq; conuenientē tum materiæ, tum qualitatū temperationem esse oportet. Hic uerò modus idoneus est, quo illa sic congruūt inter se, ut nullum penitus ab alio tollatur, sed agunt inuicē, et uicißim à se mutuò afficiūtur omnia pari dignitate, dum in unā ex omniū cōcordia, ac quasi fœdere conflatā qualitatē conspirent, copulata atq; in unū corpus concreta omniū materia, unamq; formam adepta. Hanc qualitatē uocauit Hippocrates κρᾶσιν, qui omniū primus cōmistionem elementorū docuisse traditur. Reliqua ex his quæ suprà ostendimus repetita, huc si libet, accōmodēt studiosi lectores.

Igitur cum ad hunc modum habeat natura, cum

ra, cùm cæterarum rerum, tum etiam hominis, necesse est haud una re quapiam constare ipsum. *Vrget societatem hominis & omnium quæ gignũtur, nempe ut accommodatã esse aptè comparationem intelligas. Vnde etiã palàm fit, ad cõmunia ortus initia referri hominis originẽ uoluisse Hippocratem. Quo magis mirari subit eos, qui priuatim de hominis elemẽtis dicta et quæsita hactenus esse omnia putant. Sed grauiter hallucinari contingit illos, quicunq; contendunt, haberi Hippocrati elementa hominis, quæ in ipso calida, frigida, humida, & sicca esse apparent: cæterùm ignẽ, aerem, aquã, terram repudiari, quòd horũ nullum inesse homini, sensibus ipsis comperias. Crassissimus porrò est error illorũ qui inhærere usq; Hippocratem proximæ hominis materiæ, aut his quæ in homine simplicia esse uidentur, putant. Nam hæc quis nisi mentis inops credi sibi affirmanti esse communia omnium elementa uelit? Enimuero haud obscura est Hippocratis sententia ex his ipsius uerbis, atq; insuper ex ijs quæ sequuntur.*

Quin ea quæcunq; ad corporis ortũ conducũt, uim quandã in eo relinquunt, quam quodq; contribuerit. *Posteaquam abundè refutatum est decretum unius elementi, & cõfirmata multorum assertio, proximum est quot sint illa statuenda ostendere. Initium uerò huius disquisitionis hoc esto. Cum nullius qualitatis interitu constet generatio, sed potius accessione, par est existere cuiusq; notas proprias in corporibus illorum, ex quibus eorum natura concreta sit. Minimè uerò intereunt illæ qualitates,*

quarum uiribus mutantur tota corpora, et ipſa perficitur generatio. Has igitur ſeruari corporum ortu, licet mutuo temperamento quodammodo fractas, certũ eſt. Quo fit, cum non queat aliunde quàm à primis et communibus initijs concretorum corporum profectæ ad hominẽ perueniſſe, ut ex earũ indicio haud obſcurè hominis elementa deprehendas. Huius rei euidens argumentũ, ſi requiras, ex cõparatione omnium quæ natura gignit, & quæ arte atq; induſtria hominum parantur, comperire licet. Itaq; cum omnia circumferant qualitates eorum ex quibus concreta fuerint, inſint autem homini hæ, quæ primorum corporum propriæ ſunt, non dubiũ eſt, quin ad illa corpora referat homo ſuam originem. Quamuis propter diſsimilitudinem ſubſtantiæ nõ protinus ex primis illis et communibus initijs, ſed per multas interuenientes mutationes præparatam materiam ab illis accipiat. Documento eſt, præter alia, diſſolutio quæ fit ipſius interitu.

Contrà homine animã agente diſcedunt omnia, & ad ſuam quæq; naturam conuertuntur: quod humidum, ad humidũ: quod ſiccum, ad ſiccũ: quod calidum, ad calidum: frigidum, ad frigidum. Atq; hæc eſt tum animantiũ, tum cæterarũ omnium rerum natura, ut qui fuerit ortus cuiuſq;, idẽ ſit & interitus modus. Nam ex his omnibus quæ dicta ſunt, conflata eſt eorũ natura, atq; in id quicque interit, ex quo ortum eſt, eódem etiam commeat. *Communis conditio eſt omnium quæ tum gignuntur, tum intereunt, una utrobiq; obtinente*

actione,

actione, utputa mutatione totius naturæ: quæ etiã circa eandem materiam uersatur. Attamen hæ mutationes, ut fine plurimum dißident inter se, sic etiã modo dispari perficiũtur. À contrarijs sumptum argumentum. Nam contrarios motus sequuntur ortus & interitus: licet nõ prorsus paribus momentis mutationum retrò commeent corpora ex interitu, per quæ ad ortum fuerant perducta. Corpus autẽ hominis maxima sui portione in terrã conuertitur, cæteris in sui quæque generis elemẽta intereuntibus, unde creditur ex elementis concretum & coagmentatum esse.

Corpus autem hominis sanguinem ac pituitam & bilem insuper geminam continet, flauam ac nigram. His uerò constat natura corporis, atq; ijsdem acceptã refert cùm bonam ualetudinem, tum etiam aduersam.

Conuertit nunc orationem à cõmunibus initijs, ad propinquã hominis materiã: quæ est alia pars susceptæ ab initio disquisitionis. Ac primùm quidẽ cognatos esse naturæ hominis quatuor humores docet. Nã in hoc, tanquam cardine, tota hæc causa uertitur. Sumit autẽ ad concludendum nota duo argumenta: Continentur, inquit, toto corpore quatuor humores: præterea multo quidem usu cõpertum est, permagnã horum ad uitam salubriter degendam utilitatẽ esse. Consequentiam horum pòst ostendemus. Interea uerò obiter commonstremus, qua parte naturã hominis constituere ac tueri illi dicantur. Ortus nostri tria ponuntur, genere distincta, initia: Semen, quod simplex quidem non est, sed intra se naturã aliam spirabilẽ com-

 plectitur,

plectitur, & sanguis. Sanguinis appellatione docebimus pòst humores quatuor comprehendi, nunc uerò ponatur hoc. Nam confusi inter se mutuo uniuersi per communes uenas in matris uterum pertinentes, deducuntur. Semini autem uis insita est, à qua genitale, ut est, ita & dicitur. Hæc uis ac facultas cum suapte mouetur ad procreationem corporis, naturæ nomen sibi ascisit. Ex semine itaque ac sanguine materia præsertim subministratur artifici hominis naturæ: præterea ex utroque, atque insuper ex arterijs matris, magna uis spiritus ad commune opus generationis peragendum præsertim efficacis suggeritur. Hinc triplicem substantiam, è qua hominis corpus constat, effectā esse, rectè creditur: animabilem unam, ac spirabilem: aliam liquidam: tertiam concretam, quam etiam solidam uocare usitatum est. Hanc porrò distinctionem naturarum, totidem propè uerbis notatam, medicis æstimandam commendauit Hippocrates. τὰ ἴσχοντα (inquiens) ἢ ὁρμῶντα, ἢ ἐνισχόμενα σώματα. Vocauit autem τὰ ἴσχοντα, solidas corporis partes: τὰ ὁρμῶντα uerò, spirabilem naturam, ob uim ad ciendos motus expeditam. τῶν ἐνισχομένων uocabulo reliquos humores complecti uoluit. Ergo ut tria hæc initiò fuerunt opera naturæ constituta, quæ corporis substantiam complerent, ita eiusdem procuratione porrò conseruantur ac perdurant. Prima autem dignitas debetur spirabili naturæ, quam uocant calorem natiuum. Hic calor in quaque parte à prima statim origine usque ad interitum residet. Conseruatur

uatur

uatur autem fomento uapidi ſanguinis, cuius promptuarium eſt cor. Ab hoc enim arterijs, ceu canalibus quibuſdam, deductus, in corpus uniuerſum diffunditur. In hoc uitæ columen eſt: huius cumprimis ope uita gliſcit, hoc animatæ uigent ſolidæ in nobis partes, ac naturæ quæque ſuæ muneribus habilis apta'que redditur. Vtriſque fomites atque alimoniam præbent humores: qui ſuæ ſubſtantiæ adiunctione iugiter ſarciunt eorum detrimenta, & ſuarum denique qualitatum temperatione ad tuendam corporis partium, & natiui in quaque parte caloris temperiem conſpirant. Ad hunc modum conſtituunt naturam corporis quatuor humores. Cætera æſtimabuntur alio loco plenius. Impræſentiarum ſatis eſt animaduertiſſe quod uſus docet, & commemoratur ab Hippocrate ſequentibus uerbis:

Et ualet quidem ipſum, cum fuerint hi uiribus ac copia congruenter contemperati, & quamplurimum inter ſe commiſti.

Siue ad temperamentum, quale cuique conuenit, tuendum, ſiue ob nutriendi neceßitatem requirantur, miſceri oportet, eſſeq; congruenti qualitatum inter ſe modo et copia iuſta. De utrouis autem munere cognoſcuntur eſſe naturales.

Contrà dolet, quoties aliquis ex eis ſupra aut infra modum fuerit, uel cum ab alijs abſceſſerit non commiſtus: licet intra corpus uſq; maneat. Neceſſe namque eſt, cum diſceſſerit, ac ſolus conſtiterit, non tantum

eum

eum è quo excesserit locum affici, sed grauari etiam illum in quem decubuerit, ut cui ex copia dolor ac molestia accedunt. *Incommoda insalubris temperationis humorū quo clarius percipiuntur, hoc illustriorē faciunt esse eorū utilitatem ad uitā salubriter degendā. Verbum uerò ἀλγέει accipere hic possumus dictū de morbis omnibus, quamuis hic de uehementibus per excellentiam audiri debeat: qui doloris sensum habent adiunctū. Hi cum sine omni dubitatione ostendāt affectum cōtra naturā, cum primis apti sunt, qui ad obseruandū proponantur. Nam in signis omnib. spectatur necessariò, ut sint euidētia.*

Itidem cum horum aliquis effluxerit, suprà quàm requireret redundantiæ modus, grauis ac noxia est uacuatio. *Quæ obseruatio ualet in spontanea uacuatione et secessione ab alijs humoribus intra corpus facta, eadem obtinet & in ea quam aliquis medicamento exhibito, aut quauis alia ratione sit molitus: ut quacunq; tandem occasione mutetur modus humorum, et naturæ conueniens eorum temperatio, siue abscessio intra corpus, siue extra sit facta, lædi hominem sit necesse: tantum scilicet abest, ut ab uno esse credas hominis corpus. Verbum autem ἐπιπολάζοντος maluimus redundantiæ uoce exprimere, propter oppositum κενώσεως uocabulū. Nam neq; si quid fluitet alijs haud mistum, id protinus etiam redundat, ut uacuari postulet: neq; quod redundet, illud fluitare est necesse. Similiter, quemadmodum suprà, uerbū ἀλγέει ad laboriosæ ægrotationis significationem transtulimus, ita et hoc loco ὀδύνην παρέχει ἡ κέ-*

νωσις

νωσις conuertimus, grauis & noxia est uacuatio: ut hac quasi περιφράσει intelligas eam, quæ infirma ualetudine est, corporis constitutionem.

Sin uerò intra corpus fiat uacuatio, ac translatio secretioq; ab alijs, duplicis mali occasio (sicut iam dictũ est) ex eo necessariò dabitur. Nã & partibus à quib. abscessio facta fuerit, & in quib. redundantia sit, incommoda est. *Eódem quo illa superiora spectant.*

Ego uerò sanguinem, pituitam ac bilem tum flauam, tum nigram (quatuor humores) assero. Ac primum utique usu loquendi distincta illis nomina obtigerũt. Deinde natura singulorum species discreuit, ut neq; pituita sanguinẽ referat, neq; bilem sanguis, neque bilis pituitæ similis esse conspiciatur. Quî uerò similia habeantur, quorum nec color similis aspicienti apparet, nec qualitates tactu explorantis sensum similiter afficiũt? Pariter enim calidi uel frigidi, fusi aut concreti non sunt. Quando igitur tantopere & specie, & uiribus inter se discrepant, haud esse illos unum certum est, nisi cui fortè ignis & aqua unum sint. *Principium huius orationis ex superiore quodam loco repetitũ, à quibusdam huc accommodatur, ut cognoscatur autoris propositum, & causa huius accessionis. Habet autẽ ad hunc modum: Quoniam quæcunq; hominem esse dixero, ea & cum usu loquendi hominum, & cum ipsa adeò rerum natura semper ut cõsentiant, edocturum me sum*

professus,

professus, age sanguinē, pituitā, &c. Nam illa fortasſis, quæ iā dicta sunt, sufficere animis haud usq; quaq; pertinacibus poterāt: uerùm quoniā uerbis suis se adstrinxerat, ad approbandū suā sententiā etiā cōsensu cum omnib. retrò ætatib. et natura ipsa rerū in medio propositarū, idcirco hæc quæ sequūtur adiungi uoluit: quorū et liberalis est cognitio, et medicinæ cumprimis digna obseruatio est. Sunt aūt in duas partes, tanq̄ quosdā ordines, distributæ argumētationes ab Hippocrate. In priore docere propositū est, quatuor esse & specie, & qualitatū differētijs distinctos humores: contrà q̄ hi, qui unū ponunt, eumq; quantumuis uariet, tamen usq; suā naturā retinere. Primū argumentū ducitur ex maiorū de ipsis iudicio, cui subscripserit posteritas. Aliud notas humorū differētias respicit, quarū aliæ adhærent substantiæ, ac proximè attingūt naturam eorū: aliæ obscurius indiciū præbēt diuersitatis. Distinguuntur (ait) coloribus, qui certè illis adsunt magnopere inter se dissimiles. Itē his quæ tactu percipiūtur, calore, frigore, liquore et cōcretione: pro quorum uarietate diuersos effectus edūt. His adijcere licet eas qualitates, quas tū gustus, tū odoratus discernunt.

Præterea quòd unū haud sint omnes, sed proprias quisq; uires ac naturā possederit, hinc æstimes licet. Porrecto enim cuipiā medicamento, cui insit pituitā ciendi facultas, redditur illa uomitione: & propinato quod bilē educat, reijcitur bilis. Similiter si quòd bilis atrę agendę uim habeat, dederis, hāc aget. Nec secus quācunq; partē eiusdē corporis sauciaueris, ex ea sanguis profluet: idq; fieri con-

eri cõſpicias nullo nõ tempore, nocte dieq́;, tam hyeme, quàm æſtate, dũ ſpiritũ attrahere et reddere ualeat homo. Ac ualebit quidẽ, dum aliquo ex his, quę cognata illi ſunt, priuetur. *Tertiũ hoc argumentũ ex eodem eſt ordine, acualẽter efficit illud quod uolebamus, tanquã robore triariorũ, ac ſubſidio nixũ. Quocunq; uel tempore anni, uel hominis ætate medicamentũ exhibueris, cui facultas inſit unũ quempiã humorẽ ex quatuor peruulgatis ciẽdi, eũ educet omiſsis alijs. Vnde clarũ fit, naturarũ proprietatib. ac ſpecie diſtinctos eſſe eos: alioqte merè quiuis in quẽ ante alios incidiſſet medicamentũ, ante alios traheretur. Quòd aũt unũquempiã ex omnib. trahat, præſertim cũ ijſdẽ uenis idq́; cõmiſti contineãtur, an aliã afferet aliquis præter naturalis proprietatis cõgruentiã accognationẽ mutuã? Nã ad hãc rectè iſtum, quẽ cernimus, in reb. cõſenſum ac* συμπάθειαν *referas. Quanq̃ altius iſta rimari quid uetat? Sit licet ſupra medicinæ uſum futura inquiſitio, atq; excedat ipſa eius quodãmodo fines. Illa certè, uel huius cõclusionis explicãdæ cauſa, digna uiſa eſt, quæ à nobis obiter attingatur. Attractricis medicamentorũ facultatis una cõmunis cauſa eſt à calore, quo pollẽt: ſiue ille ipſis natura inſit, ſiue ex putredinis occaſione aduenerit. Hoc genere attractionis indiſcriminatim quod obuiũ fit, elicitur. Vt aũt, uelut certæ rei delectu habito, aliud ab alio ſolũ, et illud ſemp ab eodẽ trahatur, præter cõmunem cauſam (de qua diximus) priuata quædã medicamẽto cũ eo qui trahitur humore neceſsitudo intercedat oportet, ac ueluti mutuus quidã ſenſus, & quaſi amicitia. Igitur ut ex multis unus ſolũ trahatur,*

facit

facit ſimilitudo, cognatioq́; mutua. Contrà euidens indicium diſsimilitudinis habendum eſt, quòd alij nõ trabuntur pariter. Eam autem ad naturæ proprietatem formamq́; pertinere meritò credas. Ergo naturis & ſpecie diſtinguuntur humores. Nos uerò uerba in pauca conferamus. Cõtendit aliquis unam eſſe humorum naturam: ut demus hoc, ſequitur, promiſcuè trahi uniuerſos à quouis medicamento oportere, & nõ alium ab alio ſolum. At repugnat hoc euidentiæ: haud una igitur omnium natura. Cauſa conſequentiæ eſt, quia unum eſt ὁμοιομερὴς, id eſt, omni ex parte ſimile. probatum autem eſt, tractationem ſimilitudine fieri.

Sunt autem cõgenita hæc quæ diximus. Quî enim nõ ſint, cum euidenter appareat hominem, dum uiuit, ea ſemper intra ſe habere? præterea naſcitur ex homine eadẽ omnia habente. poſtremò nutrimentum ex homine haurit, cui hæc inſunt omnia, quæ ego impręſentiarũ affirmare contendo. *Hunc nos facimus alterum ordinem argumentationum, quibus doceatur humores homini congenitos eſſe, id eſt, qui nati ex nobis nõ ſint, ſed potius nos ab illis materiam ortus noſtri accepiſſe. Principiò noſtri progenitores (ut par erat) eorum copiã toto corpore diffuſam habuerunt: ac ſemẽ adeò ipſum ex ipſis haud dubiè conflatum eſt. Quòd uerò in uterum ferantur, clarius eſt, quàm ut commemorari debeat. Verùm omnium clariſsimum eſt lacte nutriri infantes: ex quo & permagnum incrementum accipiunt, licet eo ſolo ueſcãtur. Peruulgatum autem eſt, et magno ſapientũ conſenſu*

iactitatum, ex iisdem nutrimentum conueniens habere cuncta, ex quibus ipsa ab initio fuerint constituta. Quamuis enim fini differant generatio, augmentatio, nutritio, quippe cum ortu rerum nouæ substantiæ acquisitio quæratur: auctu uerò, incrementum siue accessio magnitudinis perfecto corpori, amplitudo'ue maior factæ substātiæ: nutritione, instauratio, id est, adiectio materiæ similis ei quæ detrimentum acceperit: & coalitio cū ea quæ iam facta est, omnib. tamen una communis actio præeat oportet, cuius ope propositum sibi quæq; exitum assequitur, nempe unius substantiæ molitio. Cum igitur ad unius substantiæ fabricationem per has tres operationes spectet natura, nō dubium est, quin & simili in omnibus agendi modo, et delecta ad unum opus una, id est, maximopere conueniente materia illud cōficere curet: siquidem prudens illa meritò ac solers putāda est. Nisi fortaßis eius materiæ, quæ aptißima esset, desiderium aliò circumspicere cogat, atq; usu proximam pro illa sumere. At nusquam negatur eius quæ optima est facultas. Nam & omnes homines dum uiuunt, circumferunt intra se quatuor humores, & nascimur ex hominibus parentibus, adeoq; lac quo recens nati alimur, ex illis ipsis est, qui ad mammas ideo per uenas ipsis & utero communes transmittūtur. Vna igitur materia suppeditatur opifici hominis naturæ, ad omnia hæc (quæ diximus) opera peragenda, ex æquo comparata. Adiungi huic loco poßunt & illa, quæ suprà commemorata indicia sunt ex partium corporis dißimilitudi-

ne sumpta, ex quibus concludatur, non una specie materiæ, sed pariter multifaria fuisse ad earum constitutionem opus. Item quæ de salubri humorum et insalubri temperatione adducta sunt. Horum uerò omnium ratio in alijs medicinæ tractationis locis æstimari debet. Quanquam quod ad uarietatem partium corporis attinet, cum nihil ex multum dißidente à se materia gigni sit compertum, an non probabile est pariter uariam, ex qua coagmentarentur, materiam fuisse adhibitam: quemadmodum haud unam ac simplicem esse eam, ex qua nutriuntur, uidemus? Ergo congruentem ad hanc uarietatem materiam cum liceret itidem mistis inter se mutuò quatuor humoribus temperare, neque ullam eorum inopiam causari fas sit, haudquaquam putabimus usq; adeò ignarũ aut neglitentẽ præsentis cõmoditatis autorẽ nostri atq; artificem Deũ fuisse, qui frustra gemini laboris onus imponi sibi sineret. Itaq; probabilius est, ex illa cõuenienti, tum quæ ad manũ fuerit, materia, effictas esse humani corporis partes, fateri. Atq; hæc quidẽ hactenus.

Quicunq; autem ex uno esse dicunt hominem, in eam opinionem adducti esse uidentur, quòd sublatos immodicis purgationibus, per assumpta medicamenta excitatis, conspicati, alios bile reiecta, alios pituita interijsse obseruando cõpererunt: & quo quisque reddito humore occubuisset, eo constare hominis corpus creditum est. Haud dissimili ratione ducti sunt, qui sanguinem fecerunt

runt unicam hominis materiam, ex fusi à iugularis sanguinis copia sic persuasi: hinc & sanguinẽ esse hominis animũ dixerũt. Itaq; hæc ferè sunt argumenta, quibus nituntur. Tametsi per immodicas purgationes, qui solã bilem reiecerit, mortuus est nemo. Sed hausto medicamẽto quod bilem cieat, ante alios humores bilem reddi uideas ab omnibus, deinde pituitã, ac deinceps à flaua bile aliã, quæ atra est, euomere cogũtur, tandem moribundi merum reddũt sanguinem. Eadem usuueniunt his qui pituitã agens medicamentũ hauserint: primùm uomũt pituitã, deinde flauam bilem, pòst atram, sub ipsum uitæ exitum sanguinem, ac tum moriuntur.

Pertinent hæc ad illa superiora de materia propinqua hominis, cõmemorata initio huius libri. Quapropter et cõnectuntur à quib. inter se repetita ab initio: ut in cõspectu sit, quàm sint hi causæ nõ bonæ ineptiores patroni. Nam præterquã q falsam sumptionẽ adhibẽt, insuper nimia securitate pronunciãt, tanq̃ si ex omni effectu omnẽ quam uoles causam aptè colligas: aut cõtrà. Sumunt aũt nõ solũ falsa, sed etiã parũ idonea, quæ ad suã conclusionẽ accõmodentur, quia neq; aßẽsione recepta, neq; argumẽtatione affirmata sunt. Et uerò licet unius humoris uacuationem mors exciperet, expendi tamẽ causæ ipsius pondus, et mortis ex ea occasio explicari debuerat. Quia non protinus materia ortus hominis habeatur, cuius uacuationẽ mors

 cita

cita exceperit. Iam uerò neq; unum solum humorem uacuari per immodicas purgationes palàm est, neq; solum ex humorum uacuatione moriuntur homines: sed etiam pure per magnos abscessus confertim emisso sublatos esse quosdam compertum est. atq; in hydrope educta repentè aquæ copia mortui sunt nō pauci, ut obseruatio præceptum artis pepererit, cuius in Sententijs separatis mentio fit ab Hippocrate. Itaque (ut iam dixi) ex alijs atq; alia uia contendere oporteat ad propinquæ hominis materiæ inuentionem. Si quis tamen erit, qui abduci se usq; ab obseruatione nolit, hic nimirum, si non oscitanter animum aduertat, hoc quod dicimus liquidò comperiet. Quod uerò ad immodicas purgationes pertinet, causa mortis multo magis spiritus et caloris natiui desiderio, quàm humorum euacuationi ascribenda fortasse fuerit. Verùm hæc alterius sunt & loci, & propositi. Itaque paucis adiectis, properemus ad ea quæ restant. Quoniā enim ex uerbis Hippocratis, atq; adeò ex ipso euentu mortis, assumi aliquid poterat ad unius sanguinis assertionem, huic obiectioni occurramus. Sanguinem quidem nouißimum omnium reddi compertum est, ut cum eo animum ipsum effundi credas. Hunc scrupulum ad hunc modū eximere tentabimus. Quod assumpto medicamento alij duo humores ordine primum excipiant, eius rei causa partim attribuitur communi trahendi facultati, partim (ut temerè haud reperias medicamentum, cuius natura non sit multiformis) medicamenti proprietati. Ergo à geminata ui tracti humores

mores, alij promptè sequuntur, sanguis uerò usque ad extremum permanet, quia nulla facultas ipsum priuatim eliciendi medicamentis à natura tributa sit. Et si negari nõ potest, quin quo maiorem sui portionem ex sanguine acceperũt pleræq; humani corporis partes, eò retineatur ab omnibus contentius, ut ex quo itidem plus hauriunt, quod sibi ad nutrimentum adiungant. Præterea cum ab omni magna intemperie qualitatum sit remotus, ac mediocrem quodammodo substantiã obtineat, minus abhorrere ab eo sincero partes corporis probabile est. Adde quòd robore illæ cũprimis præstant atq; excellunt in corpore partes, quibus præcipua est cum sanguine naturæ affinitas: quales sunt, cor, iecur, & quæ uocantur carnosæ, ut earum occasione retineri eius usq; ad extremum effluuium, mirum non sit. At his rationibus, ut solus sit homini congenitus sanguis, haudquaquam efficias.

Nam ut corpus subiuit medicamentum, ante omnia ciet quod ipsi in eo familiare fuerit, ac tum deinceps alia trahit, educit'que. Haud secus terrę mandata semina, aut depositi surculi solent, trahit quidq; quod intra terram inuenerit naturæ suæ conueniens. Continet autem hæc intra se & acidum, & dulcem, & amarum, & salsum, ac uariè temperatum succum, ac primũm quidem plurimum eius quod cuiq; familiare esse contigerit, trahitur: deinde alia deinceps. Itidem intrò assumpta medicamẽta faciunt. Nam quę

bilem educendi facultatem habēt, primùm eam cient quàm meracißimã, mox alijs mistam. Similiter quod ad agendum pituitam comparatũ est, primùm sinceram pituitam educit, deinde & confusam alijs. Sed & sanguis à iugulatis profluit, principiò calidißimus, ac præcipuè rubens, tandem qui pituitam ac bilem admistam præ se ferat. *Clara est comparatio stirpium & medicamentorum. Facit autem ad confirmandum ea quæ de humorũ discrimine suprà sunt dicta, atq; ad priorem ordinē pertinet.*

Hyems ad pituitam accesßionē facit. Huic enim præ cæteris quæ homini insunt, maxima est cum hyeme naturæ affinitas: quippe quæ frigidißima est. Documento est, explorare hanc tactu si uelis, & cum cæteris conferre, bile inquam, ac sanguine, quod omnium frigidißimã liquidò cõperias. Quanquam cum sit uisci in morem lenta, ut post atram bilem, nõ nisi ui maxima attracta sit, educatur, meritò ex uiolentia, ritu aliorum, calescere debuerat: ipsa tamen nihilominus cognatam usq; frigiditatem retinet, ac frigida apparet. Enimuero quòd hyems repleat corpora pituita, hęc tibi indicia sunto. Nam & hoc præsertim anni tempore spuunt homines, & emungendo plurimam reddunt: albis insuper, ac mollibus tumoribus scatent: atque alijs quos pituita parit, morbis,

præcipuè corripi solent. *Eódem hæc spectant, quò alia: nempe ut cognoscas, humoribus diuersas etiam naturas obtigisse, quippe qui ex diuersis occasionibus gliscant.*

Verè etiamnũ ualida est pituita, crescitq́ sanguis. Nam & frigoris uis per id anni tempus remittit, & succedunt imbres, ut ex his causis ac prçterea ob caloris incrementa sanguinis copia gliscat, uidelicet conueniente præsertim cum natura ipsius ea parte anni, quæ calida est & humida. declarant cruenta tormina, ac sanguinis profluuia è naribus, quæ uere ac çstate exercere homines solent: qui etiam sunt tunc calidissimi, ac præcipuè rubicundi. *Quæ tempora anni excellentem in temperamento qualitatem efficacem uehementis mutationis habent, ea ualidè immutant atq; afficiunt corpora nostra, ut horũ occasionibus aliàs alius humor modò gliscat, modò deficiat. Hyeme quidẽ perquàm longè superant aduersas qualitates frigiditas & humiditas, pituita obtinet, quæ frigida est & humida. Aestate uerò, calida & sicca anni tempestate, simili intemperie constans bilis uigere solet. Itaq; respondere obseruationem animaduertens Hippocrates in duobus, hyeme ac æstate, securè de alijs duobus & humoribus, & anni temporibus statuit. Quinetiã cum redire per hæc anni tempora suas humorũ uices deprehendißet, uicißim ex humorũ per eadem dominantium natura coniecturã de suorum cuiusq; temporum*

qualitatibus ac temperamento fecit. Hinc de bile atra autumnũ pariter frigidũ & siccum esse credidit. Ac tandem his ad eum modum propè constitutis in tribus anni partibus, ut in duabus indubitatum esset iudicium, ac de autumno probabilis coniectura uideretur, de uere quod restabat, pari securitate pronunciatum est: quippe quòd autumno ex aduerso oppositũ esset, ac per ipsum magna præ alijs anni temporibus copia sanguinis cerneretur, qui extra controuersiam calidus est & humidus. Porrò quomodo explorare anni temporum naturam conueniat, Galenus tradidit libris περὶ κράσεων. Hoc loco sufficit per uer atq; autumnum non ita excellentes esse qualitatum intemperies, ut peræquè afficiant corpus hominis, ac alia duo anni tempora faciunt. Quocirca sicut non protinus attribuitur illis humorum, qui per ea uigent, causa, sic neq; idoneum ex ipsis ad coniecturam indicium de suorum temporum temperamento capiatur. Nam autumni bilis atra fortaßis ex prægressæ æstatis ardoribus maiora momenta accepit, quàm ab ipso autumno: per quem non temerè contingunt tam uehementes calores, ut adurãt: sed neq; par æstati siccitas eius esse uidetur. Accedit quod breuis cum sit (ut qui æstatis dimidiam partem haud excedat, & sit etiam hyeme dimidio minor) non admodum ualere ad tardi humoris generationem potest. De uere autem quid dicemus? nam præterquã quòd breuißimum est omnium anni partium, insuper minimum excellentes habet in temperamẽto qualitates. Quamobrem satius fuerat,

cum

cum per ipsum à causis externis non ualde afficiatur corpus hominis, quod etiam ex prægressa hyeme (quā eleganter ex nostris poetis quidam totius anni uentrem dixit) succosum est, uigentis intra uiscera caloris ui fieri, ut tunc sanguis uires ac manifesta incrementa capiat, putare. Sed continere hic cursum orationis tempus est, ne suscepti muneris parum memor, longius ac deberem abripiar à proposito. Quanquam autem incrementi humorū causa suis anni partibus non peræquè attribuatur, tamen in duabus inter se diuersißimis hyeme et æstate, rectè imputari dubium non est, ut uel hinc diuersißimos esse inter se palàm sit.

Per æstatem uiget adhuc sanguis, ac bilis interea gliscit usque ad autumnum: Quo tempore sanguini decedit, quantum ab aduersa autumni natura affici ipsum par est. Bilis uerò utraque tempestate obtinet, & æstiua, & autumnali. Indicio est, quòd tunc sponte sua bilem uomunt plerique, atque epoto medicamento plurima excernitur. Comprobāt & febres, quique per ea tempora hominum color esse consueuit. *Quòd æstati duos humores tribuit* Hippocrates, *ita accipiendum esse puto, ut sanguis priori eius parti aßignetur: quæ ferè ab ortu uergiliarum usque ad solstitium æstiuum, deputatis ei quadraginta quinque diebus, æstimatur. Alij parti, quæ ad ortū extenditur arcturi, rectè attribuas incrementum bilis, primùm flauæ, deinde etiam nigræ.*

Nunquam aliàs pituita est imbecillior. Nam huic æstatis natura inimica est, quæ calida est & sicca. *Aestate ac statu cœli calido siccoq; plurimum consumitur pituita, partim caloris interni ui discussa, qui tunc acris atq; igneus esse consueuit: partim ab externo aere calido & sicco, tenuiq; excita atq; dißipata.*

Autumno uerò sanguis homini paucißimus inest. nam præterquam quòd sicca est autumni natura, per ipsum insuper refrigerari homines incipiunt. Ac tunc quidem bilis atra & plurima est, & eadē ualentißima.

Haud immemores esse hic decet nos eorum, quæ paulo antè sunt dicta de autumni facultatibus, quas ad sui temporis humorem augendum afferre ipsum credamus. Quamuis cum identidem recurrant uicißitudines, cùm humorum, tum etiam morborum, cum suis temporibus, ut aduersis in se aliàs uigeant, & quasi turgeant, aliàs flaccescentes marcore quodammodo cōtabescant, alio interea humore alterius quasi iniuria gliscente: non dubium est, quin à pariter diuersis causis istæ mutationes fiant: unde non parua ad coniecturā diuersitatis suspicio nascitur. Hæc coniectura tum demum certitudinem cognitionis pariet, cum percepta eius causa proxima fuerit: quam fortaßis alio loco explicare tentabimus.

Hyemis autem aduentu bilis frigore pressa decrescit, ac redire pituita incipit. id quod accidit, tum ob frequentes imbres, tum ob noctium

noctium longitudinem. Antè quidem in mentione hyemis dixit, eam affinitate temperaturæ cum pituita consentire, quæ frigida est & humida. nunc eius rei tum causas tum indicia tradit. Initiū uerò hyemis faciunt medici uergiliarū occasum: qui nunc incidit paulo ante Calendas Nouembris, cum ferè iuges obtinent pluuiæ. Noctium autem longitudinem commemorat, qua parte illæ uulgo notæ sunt, ac certum testimonium præbent redeuntis frigoris. Nam alioqui frigus non faciunt noctis tenebræ, sed longa sub terra solis mora, per quam obtinet frigus: siquidem caloris in aere nobis autor est sol. Quod ad pituitæ causas attinet, æstimantur hæ à medicis in morborum tractatione. Hoc uerò loco satis est quod experientia ostendit, animaduertere: ex frigoris & pluuiarum incrementis accessionem eius fieri. Attamen propter illa quæ Galenus ex uerbis Hippocratis in Sententijs obijci contra hæc posse, de caloris natiui copia uigoreq; per hyemem, ait, obiter hunc nodum pro nostro modulo dissoluere conemur. Nam quòd pituita nihilominus obtinet per hyemem, clarum est. Huius rei causa est, quòd crassiuscula cum sit natiui caloris materia, ac remissior item eius qualitas, præsertim hyeme: contrà pura ac tenuis externi atq; ignea (qui per æstatem etiam intra corpus grassatur) minor uis illi inest per hyemem ad consumendum superandum'que pituitam, quàm extraneo per æstatem, aliaq; duo anni tempora, ad eam dissipandam: adeò ut licet par fortè aut amplior eius modus

ex inge-

ex ingestis cibis accedat æstate, quàm per alias anni tempestates. redundare tamē pituitam magis hyeme, quàm unquā aliàs contingat: etsi insuper maior tunc portio concoquatur ac superetur, quàm uel æstate, uel autumno. Accedit, quòd per cœli constitutionem frigidam & humidam non solum non dißipatur ea, posteaquā in habitum corporis transsumpta fuerit, sed etiam incrementum accipit ab externo aere. Itaque partim fit præcipua frigoris et humoris ratione, partim alterius causæ interuētu, quod obtineat hyeme pituita, licet intra uiscera (ubi coctionis officina est) plurimus uigeat calor: ut omnes alias augendæ pituitæ occasiones circumcideris. Nam hoc ad iustam æstimationem requiritur.

Hæc omnia semper habet corpus hominis, eaq; pro temporum mutationibus modò augeri, modò diminui cōtingit: idq; uel suprà infra'ue quàm fuerit cuiusq; priuatim modus, uel etiā quàm naturæ hominis conueniat. Trifariam metimur pauca & multa (sunt enim ex eorum genere, quæ cum aliquo cōferuntur) Interdum comparatione eius moduli, qui naturæ cuiusq; conuenit, quem etiam iustum uocant: interdum æstimatione pristinæ mensuræ cuiusq;, nonnunquam collatione cum re quapiā alia. Ex duobus primis modis hunc, quem secundum hic fecimus, innuere uocibus κατὰ μέρος uidetur Hippocrates: primùm uerò indicare sub uerbis κατὰ φύσιν. quocirca tertius excipi intelligitur. Quis enim usq; adeò uecors sit, qui bi

lem etiam

lem etiam æstate summa, aut pituitam media bruma copia esse sanguine ipso superiorem affirmanti, licet hunc locum et uerba Hippocratis in testimonium ad uocet, credi sibi contendat? Itaque iuxta duos priores modos augeri ac decrescere humores audiemus per temporum uicißitudines, ut non solum pristinum modum superent, aut infra eum consistant, uerumetiam nonnunquam illum, qui esse cuiq; salubris solet, excedere intelligantur. Quod morbi declarant statis anni temporibus identidē recurrētes. Hæc mihi simplicißima, et eadē germana sententia horum uerborū esse uidetur: etsi fortè alijs aliæ arrideat interpretationes.

Nam ut omnis annus omnia participat, calorem, frigus, humiditatem, siccitatem (sine ijs enim omnibus, quæ huic mundo insunt horum, quæ sensibus percipimus, nihil uel momento temporis durare queat, quin, si unum desit, cuncta interire oporteat: siquidem una omnino causa est communis, à qua, ut constituta sunt cuncta, sic aluntur & sustentantur à se mutuò) ad eundem modum et homo, si quid ei desit eorum quę sunt ipsi congenita, uiuere haud possit.

Istud uelut coronidem perfecti iam operis esse puta, qua insuper illustratur & cōfirmatur autoris sententia. Enimuero si nihil omnino simplex inuenias, non aerem ipsum, quem inspiratu haurimus, pro cuius mutationibus distinguuntur anni tempora: nō cætera quæ ex primis illis coagmētata atq; effecta sunt, an con-

an contendet ultra quispiam naturã hominis esse simplicem, & non potius ex quatuor elementorum concremento conflatam, aliorum more? Nam ne ipsa quidem, quæ uocamus mundi elementa, consistere, nisi iugiter commeent in se mutuo, possint: aut eadem ociosa atq; inertia fingas oportet. Etenim terra, humore orba, tristi sterilitate squalet. Aqua, sine caloris admistione, liquorem suum tueri haud queat. Ignis fomitum egens contabescit. Esse autem cætera ex quatuor elementis concreta, stirpes, animantia, metalla, clarè ostendit cuiusq; conditio: nihil enim sine quatuor elementorũ subsidio sustentari potest. quin è contrario, si unum ex ipsis desit, omnia collabantur est necesse. Causam reddit Hippocrates, quam nos suprà explicauimus. Itaq; sicut non solum annus, sed etiam cæterarum rerum natura, ex quatuor elementorum temperamento constituta, unius desiderio tollitur, atq; occidit: ita si quo humore ex quatuor congenitis destituatur homo, uita eius in præcipiti erit.

Inter anni tempestates modò uiget hyems, modò uer, modò æstas, aliàs autũnus. Haud aliter & in homine interdum pituita obtinet, aliàs sanguis, nonnunquam bilis, eaq; primùm flaua, deinde nigra. *Persistit in facienda comparatione anni partium & humorum. Nam sententia Hippocratis respondent suis anni temporibus sui humores, nempe hi quibus inter se mutua cognatio temperaturæ intercedit.*

Huius rei clarius argumentũ si requiras, datum

datum eidem homini quater in anno idem medicamentum tibi exhibebit. hyeme reijcientur pituitosa uomitione: uere liquidissima quædã: æstate biliosa: nigerrima reddentur autumno. *Confirmatio est præcedentis obseruationis, qua suos humores tempestatibus anni quatuor attribuit. Ergo quod morbi identidem recurrentes comprobant, quod spontanearum excretionum uario ac multiplici testimonio confirmatur, idipsum si explorare dato uno medicamẽto uelis, nimirum comperies, aliàs alium humorem copiosius admisceri in purgationibus. Nam quem redundare præsertim aliàs alio tempore anni contigerit, eundem facilè adductum communi modo attractionis, apparere in euacuationibus par est.*

Igitur cum hęc ita se habeant, par est, morbos qui augeãtur hyeme, æstate finiri: & qui æstate creuerint, hyeme desinere: nisi ex eorum sint genere, qui dierum conuersionibus finiri solent: de quibus dicam alio loco. Vernorum similiter finem expectare in autumnum oportet: autumnales contrà ueris aduentu abire consueuerunt. Quisquis hęc tempora prætergressus fuerit, eum fore annuum scito. Sic nimirum ad morborum curationes instructum esse medicum iubeo, qui uigere ac gliscere ipsos per ea maximè anni tempora norit, quorum cum natura præsertim consentiunt.

Confirmant

Confirmant & hæc illa quæ dicta sunt de indicio diuersitatis humorũ, ex eorum uicibus succeßiuis sumpto. Sufficit autem nobis, quòd eam alijs argumentis abundè probatam habemus. Hoc tamen prætereundum non est, permultum interesse medicinæ, ut et temporum anni temperatura, & morborum atq; humorum tum argumenta, tũ inclinationes cognoscantur: quippe hinc & salubris uictus instituendi ratio, & morbos præcauendi consilia petuntur. Quinetiã tum ut ea quæ salubriter, aut insalubriter aduẽtura sunt, ægrotationes prænoris, tum etiam ad curationes morborum feliciter obeundas perutilis est horum consideratio.

FINIS.